1399. Ex Libro Privilegiorum Capit. Cracov. 819.

Clemens Hæres de Lapinow in 100. Marcis ratione damnorum in hæreditatem Episcopi Cracoviensis videlicet in Grussow ab eodem illatorum, ad Instantiam Petri Wisch Episcopi Cracoviensis, coram Officio Terrestri Cracoviensi condemnatur. 220

Nos Michael Judex, et Dobeslaus Subjudex Terræ Cracoviensis Generales. Notum facimus quibus expedit Universis, præsentium Notitiam habituris. Quia cum ad nostram nostrorumq; assessorum præsentiam, Reverendus in Christo Pater Dominus Petrus Gratia Dei Episcopus Cracoviensis, Strenuum Militem Dominum Clementem hæredem de Cappanow, pro et Super centum marcis ratione Damni in hæreditate Grussow ipsius Domini Episcopi facti, et in censibus hiti citari procurasset, causaque sive controversia inter ipsas partes in Varios terminos Judiciales nostro in Judicio volverunt. Tandem autem in Termino certo et peremptorio, ipsis partibus utrisque per nos legittime assignato, videlicet in quo termino idem Dominus Episcopus super dicto dam-

pno

mio jurare debebat. Et predictus Dominus
Clemens Juri coram nobis ad videndum
et audiendum prestare hujusmodi Jura-
mentum per se vel per suum idoneum
misalem, contra predictum Dominum E-
piscopum contumaciter minime pare-
re curavit, dictoque Domino Episcopo
juri coram nobis sufficienter compare-
te, et prætacti Domini Clementis con-
tumaciam instanter accusante. Et tunc
nos visa sufficienti comparitione, in
justitia ipsius Domini Episcopi, et
predicti Domini Clementis contuma-
cem eundem Dominum Clementem, ad sol-
vendum predictas centum marcas
ratione Dampni supradicti, ante
dicto Domino Episcopo condemna-
vimus, et tenore presentium conde-
mnamus. Harum quibus sigilla no-
stra presentibus sunt appensa te-
stimonio literarum. Actum et Datum
Cracovie in Colloquio generali, feria
Sexta in Crastino Sancti Stanislai tem-
pore mensis maii. Anno Domini
Millesimo Trecentesimo Nonagesimo
nono. Presentibus Strenuis Mili-
tibus Dominis, Joanne de Thanczyn
Cracoviensi, Cristino Sandomiriensi, Ca-

stino

stino Sandecensi, Jmramo Zamhostensi, Clemente Zarnoviensi, et Strassio Mald-gostiensi Castellanis, pluribusque aliis testibus fide dignis.